

ROYAL BOTANIC GARDEN,



EDINBURGH

*D<sup>r</sup> Hope Elementa Botanica*





THE UNIVERSITY OF CHICAGO


1911



CHICAGO, ILL.

# METHODUS A. Q. RIVINI.

PLANTARUM FLORES sunt



# METHODUS A. CAESALPINI.

## A R B O R E S.

Arbores corculo ex apice feminis . . . . . 1  
 e basi feminis . . . . . 2

## H E R B A E.

femibus solitariis . . . . . 3  
 pericarpis solitariis carnofis, bacca vel pomo  
 ficcis, membranaceis, unilocularibus . . . . . 4  
 . . . . . 5  
 duplici, e }  
 femibus duobus nudis . . . . . 6  
 pericarpis diocularibus . . . . . 7  
 triplici, e }  
 pericarpis trilocularibus, vel femibus tribus nudis, radice non bulbosa . . . . . 8  
 pericarpis trilocularibus, radice bulbosa . . . . . 9  
 Fructu }  
 quadruplici, e femibus . . . . . 10

femibus pluribus nudis intra calycem communem, petalo ad femem fingulum  
 unico . . . . . 11  
 multiplici, e }  
 femibus pluribus nudis, petalo femibus communi . . . . . 12  
 pericarpis pluribus, vel multiferam divisis . . . . . 13  
 . . . . . 14  
 nullo vifibili . . . . . 15

UNIVERSITY OF TORONTO

LIBRARY

1911

1911

1911

1911

1911

1911

1911

1911

1911

1911


1911

1911

1911

1911





CALYX est vel

- a. NULLUS
- b. SPATHA
- c. GLUMA
- d. AMENTUM
- e. INVOLUCRUM (sive adsit sive non, modo ejus locus adsignatus)
- f. PERIANTHIUM, quod frequentissimum et diversissimum; vel

{ Multiflorum, intra unum perianthium multos flores ferens  
 { Uniflorum, seu unicum florem ferens: tumque vel

{ Duplicatum observatur, vel  
 { Simplex: hocque vel

{ Producit ex suis lateribus internis  
 { Insidet germi, coronæ instar  
 { Excipit suo in sinu germen: hoc

{ Perianthium a corolla distinctum corpus: id est

{ Diversæ structuræ seu formæ  
 { Duplicis in eadem planta  
 { Uniformes cum corolla

{ Decidit  
 { Persistit

Tale


{ Perianthium aut corolla decidit vel absoluta


absoluto

# MYCINA C. LINNÆI.

_____	_____	_____	_____	Nudi	1
_____	_____	_____	_____	Spathacei	2
_____	_____	_____	_____	Glumosi	3
_____	_____	_____	_____	Amentacei	4
_____	_____	_____	_____	Umbellati	5
_____	_____	_____	_____	Communes	6
_____	_____	_____	_____	Duplicati	7
_____	_____	_____	_____	Floribundi	8
_____	_____	_____	_____	Coronatrices	9
_____	_____	_____	_____	Anomali	10
_____	_____	_____	_____	Difformes	11
_____	_____	_____	_____	Caduci	12
_____	_____	_____	_____	Incompleti	17
_____	_____	_____	_____	Apetali	18
_____	_____	_____	_____	Æquales Monopetali	13
_____	_____	_____	_____	Æq. Polypetali	14
_____	_____	_____	_____	Inæq. Monopetali	15
_____	_____	_____	_____	Inæq. Polypetali	16


{ Æquali ambitu, ferens } petalum unum  
 { petala plura  
 { Inæquali ambitu cum } petalo unico  
 { petalis pluribus






# CLAVIS CLASSI


PLANTÆ  
sunt vel














CLAVIS CLAS



			Submarinæ —	1	
			Fungi —	2	
			Musci —	3	
			Capillares —	4	
Apetalo flore,			Apetalæ —	5	
Composito flore,			Planipetalæ —	6	
			Discoideæ, —	7	
			Corymbiferæ —	8	
			Capitatæ —	9	
Simplici flore,	Sem. nudo,	unico —	Solitario femine —	10	
		binis —	Umbelliferæ —	11	
		quaternis —	Stellatæ —	12	
		plurimis —	Asperifoliæ —	13	
				Verticillatæ —	14
				Polyspermæ —	15
	Sem. tectis,	pulpa —		Pomiferæ —	16
				Bacciferæ —	17
membrana comp.			Multisiliquæ —	18	
		membrana simplici,		Monopetalæ —	19
				Di-tripetalæ —	20
				Siliquosæ —	21
	Leguminosæ —		22		
		Pentapetalæ —	23		
			Floriferæ —	24	
			Stamineæ —	25	
			Anomalæ —	26	
flore a fructu remoto			Arundinaceæ —	27	
			Apetalæ —	28	
fructui conjuncto			Fructu umbilicato —	29	
			non umbilicato —	30	
			ficco —	31	
			siliquoso —	32	
			Arbores anomalæ —	33	






# METHODUS D. F. B. SAUVAGES, ex foliis.

Plantae habent folia vel	Nulla vel simplicia	Radicalia tantum	Aphyllae	1
				Cespiritiae
vel	Caulina quoque	Indivisa	Angustifoliae	3
				Sparfa
Composita -	Decomposita	Certo ordine	Latifoliae	5
				Adversifoliae
Composita -	Decomposita	Divisa	Verticillatae	7
				Palmatae
Composita -	Decomposita	Composita propria	Lacinatae	9
				Digitatae
Composita -	Decomposita	Composita propria	Pinnatae	11
				Decompositae







TERMINI BOTANICI:

IN

Usum Juventutis Academicæ Edinensis.

A C C E D U N T

INDEX, RERUMQUE SERIES.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR, AULD, et SMELLIE,

Academiae Typographos,

M, DCC, LXX.

RECEIVED  
MAY 18 1881  
MAY 18 1881

P R Æ F A T I O.

QUUM adeo jam Rei Botanicae studium invaluerit, praecipue secundum methodum a Clarissimo LINNAEO excogitatam, haud dubium est, quin, in explicandis Vocabulis quae in ejus maxime Operibus occurrunt, summa cura sit adhibenda. Celeberrimus ille Vir, quo tempore methodum botanicam denuo informavit, sermonem, arti proprium, multa recidendo, multa quoque addendo, excultiorem efficere conatus est. Ex Vocabulis in ejus Operibus, in Philosophia praesertim Botanica, passim sparsis, JOHANNES ELMGREN SMOLANDUS, laudabili exemplo, Terminos suos Botánicos composuit, et, auspice LINNAEO ipso, in lucem edidit. Hi autem termini, ob taedium, multaque alia incommoda quae nec decet nec placet hoc in loco referre, haud parum molestiae Tyronibus in arte afferunt. Haec incommoda mihi, animum

mum in linguam Botanicam intendenti, ex  
 methodo terminos disponendi praecipue na-  
 ci visa sunt. In sequenti igitur tentamine,  
 magnopere mihi curae fuit, terminos perspi-  
 cuo ordine digerendo, hunc Libellum quam  
 utilissimum reddere. Dividuntur hęc termi-  
 ni in Generales, vel in eos qui omnibus par-  
 tibus conveniunt; et in Speciales, vel in eos  
 qui quibusdam partibus tantum conveniunt.  
 Ejusmodi distinctio in unaquaque scientia lo-  
 cum obtinet; in Re Botanica, cujus objectum  
 est multiplex, praecipue valet. Terminos  
 LINNAEI nunquam, at interpretationem ra-  
 rissime, et cum perobscura esset, mutare ausus  
 sum. Denique, nec fuit in animo errores di-  
 ligenter perscrutari, nec, id quod multo est  
 difficilius, emendare; sed, Terminos ordine  
 disponendo, ad Tyronum captum, et omnium  
 memoriam, magis accommodatos reddere,

## R E R U M S E R I E S.

## I. NOMINA PARTIUM.

TERMINI GENERALES,  
qui omnibus partibus conveni-  
unt.

II. TERMINI qui expri-  
munt modos

				Durationis.
III.	-	-	-	Magnitudinis.
IV.	-	-	-	Substantiae.
V.	-	-	-	Divisionis.
VI.	-	-	-	Directionis.
VII.	-	-	-	Figurae.
VIII.	-	-	-	Expansionis.
IX.	-	-	-	Loci.
X.	-	-	-	Situs.
XI.	-	-	-	Superficiei.
XII.	-	-	-	Marginis.
XIII.	-	-	-	Apicis.

T E R-

TERMINI SPECIALES, qui  
quibusdam partibus tantum con-  
veniunt.

XIV. TERMINI qui conveniunt Radici.

XV.	-	-	-	Trunco.
XVI.	-	-	-	Petiolo.
XVII.	-	-	-	Folio.
XVIII.	-	-	-	Pubi.
XIX.	-	-	-	Armis.
XX.	-	-	-	Bracteae.
XXI.	-	-	-	Pedunculo.

Sub hoc INFLORESCENTIA et ejus modi.

XXII. - - - Fructificationi.

Sub hac continentur.

- { A. Calix.
- | B. Corolla.
- | C. Stamen.
- | D. Pistillum.
- | E. Pericarpium.
- | F. Semen.
- { G. Receptaculum.

XXIII. - - - Vernationi.

XXIV. TERMINI addendi.

# TERMINI BOTANICI.

No. I. PARTES PLANTÆ sunt,

- 1 RADIX, organum nutriens plantam.
  - 2 TRUNCUS, organum multiplicans plantam.
  - 3 RAMUS, divisio et subdivisio caulis.
  - 4 PETIOLUS, fulcrum sustinens folium (6).
  - 5 PEDUNCULUS, fulcrum sustinens fructificationem (266).
  - 6 FOLIUM, organum motus plantae.
  - 7 STIPULA, squama quae basi petiolorum enascentium adstat.
  - 8 CIRRHUS, vinculum filiforme (66) spirale, quo planta alii corpori alligatur.
  - 9 BRACTEA, folium florale, facie a caeteris foliis recedens.
  - 10 PUBES, hirsuties omnis in planta.
  - 11 ARMA, mucrones arcentes animalia, ne laedant plantam.
  - 12 BULBUS, hybernaculum plantae e rudimento foliorum praeteritorum.
  - 13 GEMMA, hybernaculum plantae e rudimentis foliorum futurorum.
  - 14 FRUCTIFICATIO, constans ex flore et fructu.
- Partes*

*Partes Floris sunt,*

- a* CALIX, cortex plantae in fructificatione praefens.
- b* COROLLA, liber plantae in flore praefens.
- c* STAMINA, viscera pro polinis (313) praeparatione.
- d* PISTILLUM, viscus fructui adhaerens, pro pollinis receptione.

*Partes Fructus sunt,*

- e* PERICARPIUM, viscus gravidum feminibus, quae matura dimittit (*f*).
- f* SEMEN, rudimentum novae plantae polinis irrigatione vivificatum?
- g* RECEPTACULUM, basis quâ partes fructificationis connectuntur.

## TERMINI GENERALES.

- No. II. DURATIO PLANTAE est vel,
- 15 Annua, intra annum emoritura.
- 16 Biennis, altero anno florens, et dein peritura.
- 17 Perennis, per plurimos annos virens,
- 18 Caduca, brevi decidens, nec per integram aetatem permanens.
- 19 Decidua,



- 19 Decidua, peracta unica aestate, casura.  
 20 Persistens, peracta aestate, non casura.  
 21 Sempervirens, per omnia tempora anni vi-  
 rens.

### No. III. M A G N I T U D O.

“Admitto rarissime aliam mensuram, quam  
 “proportionalem, inter plantae partes diversas,  
 “ubi pars haec vel illa, longior aut brevior,  
 “latior aut angustior fit altera.”

Phil. Botanica, p. 262.

### No. IV. S U B S T A N T I A est vel,

- 22 Solida, interne materia duriuscula facta.  
 23 Inanis, interne medulla spongiosa.  
 24 Pulposa, materia tenaci facta.  
 25 Carnosa, interne pulpa solidiuscula referta.  
 26 Cartilaginea, e materia subossæ.  
 27 Membranacea, e materia sicca pellita.  
 28 Fistulosa, interne tubulosa (308).

### No. V. D I V I S I O est vel,

- 29 Fissa, divisa marginibus rectis (34).  
 2—5 fida, pro numero fissurarum.  
 30 Partita, ad basin fere divisa.  
 2—5 partita, pro numero divisionum.  
 B 31 Lobata

- 31 Lobata, ad dimidium divisa in partes distantes.
- 32 Sinuata, lateribus finus dilatatos admittens.
- 33 Dichotoma, trichotoma, &c. in duas tresve partes semper divisa.

No. VI. DIRECTIO est vel,

- 34 Recta, flexuris destituta.
- 35 Erecta, fere ad perpendicularum se attollens.
- 36 Obliqua, a perpendiculari horizontalive linea discedens.
- 37 Ascendens, arcuatim sursum versa.
- 38 Declinata, arcuatim deorsum versa.
- 39 Incurvata, arcuatim introrsum versa.
- 40 Nutans, apice extrorsum versa.
- 41 Reflexa, partibus retrorsum flexis.
- 42 Revoluta, (358) in spiram recurvata.
- 43 Procumbens, debilis terrae innitens.
- 44 Flexuosa, horsum versum flexa.

TERMINI sequentes pertinent potissimum ad directionem ramorum (3).

- 45 Patens, exprimit directionem anguli acuti supra gradum 45.
- 46 Divergens, ad angulum rectum discedens.
- 47 Divaricata, exprimit directionem anguli obtusi.

48 Dependens,

- 48 Dependens, terram recta spectans.  
 49 Disticha, duo latera respicientes, licet undique inferti.  
 50 Secunda, omnes ad alterum latus flexi.  
 51 Adpressa, quum cauli paralleli approximantur.  
 52 Coarctata, versus summum fere incumbentes.  
 53 Diffusa, ramulis patentibus (45).

No. VII. FIGURA est vel superficierum, vel solidorum, vel ex analogia.

a. SUPERFICIERUM est vel,

- 54 Orbiculata, figurae circularis.  
 55 Subrotunda, subcircularis, et *subglobosa* (71).  
 56 Ovata, cujus diameter longitudinalis superat transversalem, basi segmento circuli circumscripta, apice angustiore.  
 57 Parabolica, parabolam referens.  
 58 Elliptica, ellipsin referens.  
 59 Cuneiformis, sensim versus basin angustata.  
 60 Oblonga, diametro longitudinali aliquoties superante transversalem.  
 61 Lanceolata, oblonga (60), ab utraque extremitate attenuata (67).  
 62 Linearis, aequali ubique latitudine.  
 63 Triangularis,

- 63 Triangularis, quadrangularis, &c. pro numero angulorum.
- 64 Rhombea, forma rhombi.
- 65 Trapeziformis, forma trapezii.
- b. SOLIDORUM est vel,
- 66 Filiformis, aequabili ubique crassitie.
- 67 Attenuata, versus apicem crassitiem perdens sensim.
- 68 Subulata, linearis, sed versus apicem attenuata.
- 69 Clavata, versus apicem incrassata.
- 70 Turbinata, obverse conica.
- 71 Globosa, figura sphaerae.
- 72 Conica, conum referens.<sup>r</sup>
- 73 Teres, cylindrum referens.
- 74 Semiteres, femicylindrica.
- 75 Anceps, angulis duobus oppositis acutis.
- 76 Trigona, tetragona, &c. angulis tribus, quatuor, &c. prominentibus longitudinalibus.
- 77 Triquetra, lateribus tribus exactae planis (102).
- 78 Gibba, utraque superficie convexa, mediantē copiosiore pulpa (24).
- 79 Compressa, pulposa (24), lateribus magis quam disco complanatis.
- 80 Depressa, pulposa, disco magis quam lateribus complanato.
- 81 Lingulata,

- 81 Lingulata, linearis (62), carnosâ (25), sub-  
tus convexa (105).
- 82 Ensiiformis, anceps (75), a basi ad apicem  
sensim attenuata.
- 83 Acinaciformis, compressa (79), carnosâ,  
altero margine convexo angusto, altero  
rectiore crassiore.
- 84 Dolabriformis, compressa, subrotunda (55),  
extrosum gibba (78), acie acuta, inferne  
teretiufcula.

TUBULOSAE figurae, quae plerumque ad  
corollam pertinent, sunt,

- 85 Infundibuliformis, conica tubo imposta.
- 86 Campanulata, ventricosa (100), tubo desti-  
tuta.
- 87 Inflata, instar vesicae cava.
- 88 Rotata, plana, nulli tubo imposta.
- 89 Hypocrateriformis, plana tubo imposta.

c. Ex ANALOGIA, est vel,

- 90 Cordata, subovata, basi sinu exculpta, abs-  
que angulis posticis.
- 91 Reniformis, subrotunda (55), basi sinu ex-  
culpta, absque angulis posticis.
- 92 Lunata, subrotunda, basi sinu divisa, angu-  
lis posticis acutis.

93 Sagittata,

- 93 Sagittata, triangularis (63), angulis posticis acutis sinu divisis.
- 94 Hastata, sagittata (93), angulis posticis sinu divisis, ad latera prominentibus.
- 95 Lyrata, transversim divisa in lacinias, quarum inferiores remotiores.
- 96 Runcinata, pinnatifida, (i. e. transversim divisa in lacinias horizontales oblongas), ita, ut lobi antice convexi, postice sint transversi, e. g. leontodon.
- 97 Panduriformis, oblonga, lateribus inferne angustata.
- 98 Spathulata, subrotunda, basi angustiore lineari.
- 99 Palmata, divisa ultra dimidium in lobos sub-aequales.
- 100 Ventricosa, a lateribus gibba.
- 101 Deltoidea, rhombea (64), ex quatuor angulis, e quibus laterales minus a basi distant, quam reliqui. Confer folia populi nigrae.

No. VIII. E X P A N S I O est vel,

- 102 Flana, superficie aequali.
- 103 Canaliculata, supra sulco profundo longitudinaliter excavata.
- 104 Concava, margine disco arcuatiore, ut deprimatur discus,
- 105 Convexa,

- 105 Convexa, margine disco arciore, ut elevetur discus.
- 106 Cucullata, lateribus ad basin conniventibus, apice vero dilatatis.
- 107 Undata, disco plicis obtusis alternatim flexo.
- 108 Crispa, margine luxuriante, ut discus evadat longior sua rachi (264).

## No. IX. L O C U S.

*a.* F O L I U M.

- 109 Radicale, radici infidens.
- 110 Caulinum, cauli (176) infidens.
- 111 Rameum, ramo infidens.
- 112 Axillare, sub rami basi insertum.
- 113 Florale, flori proximum. Confer 9.

*b.* S T I P U L A.

- 114 Lateralis, lateribus petioli inserta.
- 115 Extrafoliacea, infra folium collocata.
- 116 Intrafoliacea, supra folium collocata.
- 117 Oppositifolia, in latere folii opposito collocata.

*c.* C I R R H U S.

- 118 Petiolaris, petiolo infidens.
- 119 Peduncularis, pedunculo infidens.
- &c. &c.

- No. X. S I T U S partium plantae est, vel
- 120 Oppositus, cum folia, &c. per paria  
opposite collocata sint.
- 121 Alternus, per gradus circum ramum exorta.
- 122 Decussatus, ita disposita opposite, ut, apice  
inspecto, quatuor ordines referant.
- 123 Verticillatus, plura truncum ad genicula  
circumdantia.
- 124 Bifarius, ad latera rami opposita tantum  
enata.
- 125 Sparsus, absque certo ordine constituta.
- 126 Fasciculatus, plura ex eodem puncto pro-  
deuntia.
- 127 Confertus, plurima totam fere superficiem  
occultantia.
- 128 Distans, situ remota.
- 129 Terminalis, ad apicem posita.

No. XI. S U P E R F I C I E S est vel,

- 130 Nuda, fetis (225) et pilis (219) destituta.
- 131 Laevis, superficie aequali. Idem quod  
plana (102).
- 132 Glabra, superficie lubrica.
- 133 Nitida, glabritie lucente.
- 134 Lucida, quasi illuminata.
- 135 Colorata, alio colore quam viridi, (cum is  
sit color naturalis.)

136 Lineata.



- 136 Lineata, nervis depressis.  
 137 Striata, lineis parallelis leviter excavata.  
 138 Sulcata, lineis profundis excavata.

Qui sequuntur termini usque ad 149 pertinent praecipue ad folia.

- 139 Nervosa, vasis simplicissimis a basi ad apicem.  
 140 Trinervis, tribus nervis in basi concurrentibus.  
 141 Triplinervis, nervosa (139), tribus nervis supra basin concurrentibus.  
 142 Trinervata, nervosa, tribus nervis pone basin concurrentibus.  
 143 Enervis, nervosae opposita, sine nervis.  
 144 Venosa, vasis multifariam divisas.  
 145 Avenis, venosae opposita (144), sine venis.  
 146 Rugosa, rugis referta.  
 147 Bullata, ex rugosa (146) venis contractis, ab altera parte concava.  
 148 Lacunosa, disco depresso inter venas interjectas.  
 149 Punctata, adspersa punctis excavatis.  
 150 Papillosa, tecta punctis carnosis.  
 151 Papulosa, tecta punctis vesicularibus.  
 152 Scabra, punctis eminentibus rigidis exasperata.

No. XII. M A R G O est vel,

- 153 Integerrimus, ipso margine lineari, nec minimum secto.
- 154 Crenatus, margine incifuris sine respectu extremitatis secto.
- 155 Serratus, omnibus incifuris respicientibus extremitatem,
- 156 Ciliatus fetis parallelis longitudinaliter digestis.
- 157 Dentatus, acuminibus patentibus remotis.
- 158 Repandus, margine flexuoso (44) tamen plano.

No. XIII. A P E X est vel,

- 159 Obtusus, intra segmentum circuli terminatus.
- 160 Emarginatus, crena terminatus.
- 161 Retusus, terminatus finu obtuso.
- 162 Truncatus, linea transversali terminatus.
- 163 Acutus, terminatus angulo acuto.
- 164 Acuminatus, apice subulato (68) terminatus.
- 165 Cuspidatus, terminatus apice setaceo.

T E R-

## TERMINI SPECIALES.

## No. XIV. RADIX,

- 166 Fibrosa, tota constans fibrillis.  
 167 Bulbosa, bulbo (12) instructa.  
 168 a. Solida (22).  
 169 b. Squamata, squamis imbricatis (371).  
 170 a. Tunicata, instructa tunicis extra tunicas.  
 171 Tuberosa, e partibus carnosis filo basi connexis.  
 172 Fascicularis, e partibus carnosis basi seffili connexis.  
 173 Granulata, particulis carnosis composita.  
 174 Fusiformis, simpliciuscula attenuata.  
 175 Repens, longe excurrens, hinc inde germinans,  
*articulata gemculis intercepta*

## No. XV. TRUNCUS.

- 176 a. Caulis, truncus elevans et fructificationem et folia.  
 177 b. Culmus, graminibus proprius.  
 178 c. Scapus, elevans fructificationem, nec folia.  
 179 d. Stipes, truncus in folia transiens.  
 180 Scandens,

- 180 Scandens, alta petens, aliis sustinendus.  
 181 Volubilis, spiraliter ascendens (37) per alia corpora.  
 182 Repens, terrae incumbens, radicularumque agens. Vide 175.  
 183 Sarmmentosus, filiformis, geniculis radican-  
 tibus.  
 184 Stoloniferus, turiones ad radicem edens.  
 185 Simplicissimus, ramis vix ullis.  
 186 Simplex, continua serie versus apicem ex-  
 tensus.  
 187 Integer, simplicissimus (185), ramis an-  
 gustatis.  
 188 Prolifer, ex apicis centro tantum emit-  
 tens ramos.  
 289 Subramosus, ramis paucissimis lateralibus.  
 190 Ramosus, ramis pluribus lateralibus.  
 191 Ramosissimus, ramis multis absque ordine  
 cumulatis.  
 192 Virgatus, ramusculis debilibus inaequali-  
 bus.  
 193 Paniculatus, ramis varie subdivisis.

No. XVI. PETIOLUS.

- 194 Alatus, lateribus dilatatus:  
 195 Spinescens, indurescens et pungens.

No.

No. XVII. FOLIUM.

Pagina superior,  
inferior,

Discus, margo,  
Apex, latera,

Est vel simplex vel compositum.

a. SIMPLEX.

- 196 Submersum, intra aquae superficiem absconditum.  
197 Natans, superficiei aquae incumbens.  
198 Acerosum, lineare persistens (20).

*Insertio Foliorum.*

- 199 Petiolatum, petiolo ad basin inserto.  
200 Peltatum, petiolo disco folii inserto.  
201 Adnatum, pagina superiore basi ramis adnexum.  
202 Connatum, oppositorum paribus basi utrinque coadunatis (203).  
203 Coadunatum, plura inter se connata (202).  
204 Decurrens, basi folii deorsum per caulem extensa.  
205 Amplexicaule, basi caulem ambiente.  
206 Perfoliatum, basi transversim cingente (nec antice dehiscente) caulem.  
207 Vaginans, basi formante tubum caulem vestientem.

b. COM-

*b.* COMPOSITUM, petiolo plura  
quam unum proferente folia.

208 Articulatum, folio ex apice folii excre-  
scente.

209 Digitatum, petiolo simplici apice adnec-  
tente foliola. Binatum, ternatum, &c.  
modificationes ejus ex numero.

210 Pedatum, petiolo bifido, latere tantum  
interiore adnectente foliola plura.

211 Pinnatum, petiolo simplici lateribus ad-  
nectente foliola plura. Bijugum, qua-  
drijugum, &c. foliolis tantum quatuor,  
octo, &c. &c.

Cum impari, foliolo unico (impari)  
terminatum.

Abrupte, nec cirrho nec foliolo ter-  
minatum.

Cirrhofum, cirrho (8) terminatum.

Foliolis oppositis (120).

Foliolis alternis (121).

Foliolis interruptis, foliolis alternis  
minoribus.

Foliolis decursivis, foliolis petiolo de-  
currentibus (204).

*c.* DE

## c. DECOMPOSITUM.

- 212 Bigeminum, petiolo dichotomo (33), apice adnectente foliola bina.  
 213 Biternatum, duplicato ternatum (209).  
 214 Bipinnatum, duplicato pinnatum.

## d. SUPRA DECOMPOSITUM.

- 215 Tergeminum, cum petiolus bis dichotomus, singulis apicibus bina fert foliola.  
 216 Triternatum, triplicato ternatum.  
 217 Tripinnatum, triplicato pinnatum.

## STIPULA.

## CIRRHUS.

## No XVIII. PUBES.

- 218 Tomentum, villi (220) intertexti vix conspicui.  
 219 Pili, ductus excretorei plantae fetacei.  
 219 Serica, pili molissimi adpressi.  
 220 Villi, pili (219) molles.  
 221 Lana, pili curvi, densi.  
 222 Ciliata (156).  
 223 Barba, pili paralleli.  
 224 Strigae, pili rigidi plani.  
 225 Setae, pili rigidi teretes.  
 226 Palea,

- 226 Palea, lamella membranacea (27).  
 227 Hamus, mucro acuminatus (164) curvatus.  
 228 Glochis, mucro apici retrorsum multidentatus.  
 229 Glandula, papilla humorem excernens.  
 230 Utriculus, vasculum liquore secreto repletum.  
 231 Viscositas, qualitas humoris tenacis.  
 332 Glutinositas, qualitas humoris lubrici.  
 233 Scabra, punctis eminentibus rigidis exasperata.  
 Muricata, punctis subulatis adspersa:  
 Urens, stimulis adspersa.

## No. XIX. A R M A.

- 234 Aculei, mucrones pungentes plantae cortici tantum affixi.  
 235 Furca, aculeis (234) divisis in plures.  
 236 Spina, mucro e ligno plantae protrusus.  
 237 Stimuli, mucrones puncturas exflammatorias efficientes, unde pruriginosae evadant partes.

## No. XX. B R A C T E A.

- 238 Coma, bracteae caulem terminantes, magnitudine insignes.

No. XXI.



## No. XXI. PEDUNCULUS.

- 239 Communis, communis pluribus floribus.
- 240 Partialis, pedunculi communis aliquot flores proferens.
- 241 Pedicellus, proprius floribus in pedunculo communi.
- 242 Cernuus, apice terram spectans.
- 243 Retrofractus, vi quasi ad dependentiam redactus.
- 244 Multiflorus, multos flores proferens.
- 245 INFLORESCENTIA, modus, quo flores pedunculo plantae adnectuntur.
- 246 a. VERTICILLUS, floribus pluribus caulem annulatim ambientibus.
- 247 b. CAPITULUM, floribus pluribus in globum congestis.
- 248 c. FASCICULUS, colligens flores erectos, parallelos, fastigiato-approximatos (373).
- 249 d. SPICA, flores sessiles alterni in pedunculo communi simplici.
- 250 Simplex, continua indivisa.
- 251 Composita, pluribus spicillis pedunculo infidentibus.
- 252 Glomerata, spicillis varie congesta.
- 253 Interrupta, spicis minoribus alternis distantibus.

- 254 *e.* **CORYMBUS** fit ex spica (249), dum singuli flores petiolis propriis instruntur, situ elevato proportionali.
- 255 *f.* **RACEMUS**, pedunculo ramis lateralibus instructo.
- 256 **Unilateris**, flores ad alterum latus omnes inferti.
- 257 *g.* **PANICULA**, flores sparsi, in pedunculis diverse divisi.
- 258 *h.* **THYRSUS**, panicula (257) coarctata in formam ovatam (56).
- 259 *i.* **UMBELLA**, receptaculum (14g) ex eodem centro elongatum in pedunculos filiformes proportionatos.
- 260 **Simplex**, pedunculis omnibus ex uno eodemque receptaculo ortis.
- 261 **Composita**, omnibus pedunculis apice umbellulas gerentibus.
- 262 **Umbellula sessilis**, plures pedunculi ex eodem centro ambitu aequali prodeunt.
- 263 **CYMA**, receptaculum ex eodem centro universali, partialibus vero vagis, elongatum in pedunculos fastigiatos.
- 264 **RACHIS**, receptaculum filiforme flosculos longitudinaliter adnectens in spicam.
- 265 **SPADIX**, receptaculum PALMAE enatum intra spatham (290), in ramulos fructificantes divisum.

No. XXII. FRUCTIFICATIO, vegetabili-  
 266 lium pars temporaria generationi dicata.

267 Simplex, paucis floribus constans.

268 Composita, pluribus floſculis con-  
 fluentibus.

A. C A L I X.

269 a. PERIANTHIUM, calix fructifica-  
 tionis (266) contiguus.

270 Fructificationis, ſtamina (14 c)  
 germenque (314) includens.

271 Floris, ſtamina abſque germi-  
 ne continens.

272 Fructus, germen abſque ſtami-  
 nibus continens.

273 Proprium, quemlibet florem  
 reſpiciens.

274 Monophyllum, unico folio  
 abſolutum.

275 Polyphyllum, pluribus foliis,  
 conſtans.

276 Superum, cui germen ſub re-  
 ceptaculo.

277 Inferum, cui germen ſupra  
 receptaculum.

- 278 Commune, plures flores congregatos continens.
- 279 Caliculatum, calice quasi alio minore calice ad basin cincto.
- 280 *b.* INVOLUCRUM, calix a flore remotus.
- 281 Universale, umbellae (259) universali subjectum.
- 282 Partiale, umbellae partiali subjectum.
- 283 Proprium, cuilibet flori subjectum.
- 284 *c.* GLUMA, calix graminis, valvis amplexantibus.
- 285 Uniflora, unicum florem amplectens.
- 286 Multiflora, plures flores includens.
- 287 ARISTA, mucro subulatus glumae infidens.
- 288 Tortilis, flexa funis instar.
- 289 *d.* AMENTUM, ex receptaculo communi paleaceo (226) gemmaceo.
- 290 *e.* SPATHA, calix longitudinaliter ruptus.
- 291 *f.* CALYPTRA, calix musci cucullatus (106) antherae (312) superimpositus
- 292 *g.* VOLVA, calix fungi membranaceus.

## B. C O R O L L A.

- 293 Petalum, pars corollae in plures divisae.
- 294 Tubus, corollae monopetalae pars inferior.
- 295 Limbus, corollae monopetalae pars superior dilatata.
- 296 Unguis, corollae polypetalae pars inferior, receptaculo affixa.
- 297 Lamina, corollae polypetalae pars superior patula.
- 298 Regularis, aequalis figura, magnitudine, et proportione partium.
- 299 Irregularis, limbi partibus, figura, magnitudine, et proportione partium diversa.
- 300 Ringens, irregularis (299), in duo labia hians.
- 301 Galea, ringentis labium superius.
- 302 Faux, hiatus inter lacinias corollae, ubi tubus (294) terminatur.
- 303 Cruciata, petalis quatuor aequalibus patens.
- 304 Personata, ringens (300), sed inter labia palato clausa.
- 305 Papilionacea, irregularis, petalo inferiore cymbiformi (Carina), superiore adscendente (Vexillum), lateribus solitariis (Alae). Confer characteres floris papilionacei praefixos classi Diadelph. in Linnaei Gen. Plantarum.

306 Composita,

- 306 Composita, pluribus constans flosculis intra commune perianthium, supra receptaculum commune.
- 307 *a* **LIGULATA**, corollulis flosculorum omnibus planis, versus exterius latus.
- 308 *b* **TUBULOSA**, corollulis flosculorum omnibus tubulosis subaequalibus.
- 309 *c*. **RADIATA**, corollulis disci tubulosis, ambitus vero ligulatis difformibus.
- 310 Nectarium, pars mellifera flori propria.

C. S T A M E N.

- 311 Filamentum, pars elevans, adnectensque Antheram.
- 312 Anthera, pars floris gravida polline (313) quod matura dimittit.
- 313 Pollen, pulvis floris, humore rumpendus, atomosque elasticos ejaculans. (Genitura plantarum).

D. P I S T I L L U M.

- 314 Germen, rudimentum fructus immaturi in flore.
- 315 Superum,

- 315 Superum, corollae inclusum.  
 316 Inferum, infra corollam positum.  
 317 Stylus, pars pistilli elevans stigma (318)  
 a germine.  
 318 Stigma, summitas pistilli madida humore.

E. P E R I C A R P I U M.

- 319 a. CAPSULA, pericarpium cavum de-  
 terminate dehiscens.  
 320 Valvula, paries, quo tegitur fruc-  
 tus externe.  
 321 Loculamentum, concameratio ca-  
 va pro feminum loco.  
 322 Dissepimentum, paries, quo fruc-  
 tus interne distinguitur in con-  
 camerationes plures.  
 323 Bicapularis, a numero capsula-  
 rum (319).  
 324 Bilocularis, a numero loculamen-  
 torum (321).  
 325 Tricocca, capsula, tribus nodis  
 protuberans, intusque in tria  
 loculamenta divisa, singulis u-  
 nicum fermen continentibus.  
 326 Didyma, capsula duobus nodis  
 extus gibba.

- 327 *b.* SILIQUA, pericarpium bivalve affigens femina secundum utramque futuram.
- 328 Torulosa, prominentiis hinc inde gibba.
- 329 Parallelum dissepimentum, latitudine et diametro transversali ad valvulas accedens.
- 330 Transversum dissepimentum, angustius ubi valvulae coarctatae evadunt concavae.
- 331 *c.* LEGUMEN, pericarpium bivalve affigens femina secundum futuram alteram tantum.
- 332 Isthmis interceptum, in varia loculamenta interne transversim distinctum.
- 333 *d.* FOLLICULUS, pericarpium univalve altero latere longitudinaliter dehiscens, nec futurae femina affigens.
- 334 *e.* DRUPA, pericarpium factum evalve, continens nucem (349).
- 335 *f.* POMUM, pericarpium factum evalve, continens capsulam.
- 336 *g.* BACCA, pericarpium factum evalve femina, caeteroquin nuda continens.



337 Nidulantia, femina per pulpam  
sparsa.

338 *b.* STROBILUS, pericarpium ex amento  
factum, squamis induratis.

F. S E M E N.

339 Hilum, cicatrix externa feminis ab eju-  
dem afflictione in fructu.

340 Corculum, primordium novae plantae in-  
tra femem.

Plumula.

Rostellum.

341 Corona, caliculus supra adhaerens, quo  
volitat.

342 Pappus, corona pennacea pilosave  
volitans.

343 Stipitatus, filo elevante et adnec-  
tente pappum et femem.

344 Capillaris, pilis indivisis.

345 Plumosus, pilis pennatis constans,

346 Cauda, femem terminatum filo.

347 Hamus (227).

348 Caliculus, tegmentum feminis proprium.

349 Nux, femine tecto epidermide osseo.

350 Arillus, tunica propria exterior feminis  
sponte secedens.

G. R E C E P T A C U L U M.

351 Commune, plures flores et fructus conti-  
nens:

- 352 Compositus flos, receptaculo dilatato, integro, flosculis sessilibus.  
 353 Aggregatus flos, receptaculo dilatato, flosculis subpedicellatis.

## B U L B U S.

## G E M M A.

- No. XXIII. V E R N A T I O, foliorum dispositio intra gemmam (13).  
 354                   positio intra gemmam (13).  
 355           Conduplicata, foliorum lateribus parallele approximatis.  
 356           Convoluta, cuculli in modum spiralia,  
 357           Involuta, lateribus versus paginam superiorem utrinque spirallyter contortis.  
 358           Revoluta (52), lateribus versus paginam inferiorem utrinque spirallyter contortis.  
 359           Equitans, marginibus conniventia situ opposito, ut alterum includat alterum.  
 360           Obvoluta, pagina superiore lateribus approximatis, ita ut alterum latus distinguat alterum folium.  
 361           Plicata, in plicas varias coarctata.

362 **Circinnalis**, in spiram transversalem  
coarctata, ut apex centrum obti-  
neat.

No. XXIV. T E R M I N I addendi.

363 **Laxus**, libere flexibilis. Fere synonyma,  
debilis et flaccidus.

364 **Rigidus**, flexionis impatiens.

365 **Articulatus** (206) geniculis interceptus.

366 **Enodis**, sine articulis,

367 **Praemorsus**, apice quasi morfu abscisso.

368 **Radicans**, radices agens.

369 **Squamosus**, squamis adpersus.

370 **Proliferi flores** (188), flos intra alium flo-  
rem enascens.

371 **Imbricatae partes**, qua dimidiam partem  
invicem tectae.

372 **Squarrosus**, dicitur de apice et laciniis,  
quum e plano promineant.

373 **Fastigiatus**, quum trunci, rami, vel pedun-  
culi, ad eandem altitudinem affurgant.

374 **Refupinatus**, quum aliqua pars penitus in-  
vertatur.

375 **Lacerus**, dicitur de margine varie diviso  
segmentis difformibus.

376 **Laciniatus**, dicitur de finibus disci, varie  
et indeterminate in partes secti.

Acerofum	198	Caliculus	348
Acinaciformis	83	Calyptra	291
Aculei	234	<i>Calyx</i>	14
Acuminatus	164	Campanulata	86
Acutus	163	Canaliculata	103
Adnatum	201	Capillaris	344
Adpressa	51	<i>Capitulum</i>	247
Adscendens	37	<i>Capsula</i>	319
Aggregatus Flos	353	Carnosa	25
Alatus	194	Cartilaginea	26
Alternus	121	Cauda	346
<i>Amentum</i>	289	Caulinum	110
Amplexicaule	205	<i>Caulis</i>	176
Anceps	75	Cernuus	242
Annua	15	Ciliatus	156
Anthera	312	Circinnalis	362
Arillus	350	<i>Cirrbus</i>	8
Arista	287	Clavata	69
<i>Arma</i>	11	Coadunatum	203
Articulatum	208, 365	Coarctata	52
Attenuata	67	Colorata	135
Avenis	145	Communis	239
Axillare	112	Compositus Flos	352
		<i>Composita folia</i>	351—261
<i>Bacca</i>	336	Coma	238
Barba	223	Compressa	79
Bicapsularis	323	Concava	104
Biennis	16	Conduplicata	355
Bifarius	124	Contertus	127
Bifida	29	Conica	72
Bigeminum	212	Connatum	202
Bilocularis	324	Convexa	105
Bipartita	30	Convoluta	356
Bipinnatum	214	Corculum	340
Biternatum	213	Cordata	90
<i>Bractea</i>	9	<i>Corolla</i>	14
Bulbosa	167	Corona	341
<i>Bulbus</i>	12	<i>Gorymbus</i>	254
Bullata	147	Crenatus	154
		Crispa	108
Caduca	18	Cruciata	303
Caliculatum	279		Cucullata

Cucullata	106	Flexuosa	44
<i>Culmus</i>	177	Florale	113
Cuneiformis	59	<i>Folium</i>	6
Cuspidatus	165	<i>Folliculus</i>	333
<i>Cyma</i>	263	<i>Fructificatio</i>	266
		Furca	235
Decidua	19	Fusiformis	174
Declinata	38		
Decurrens	204	Galea-ringentis	301
Decussatus	122	<i>Gemma</i>	14
Deltoidea	101	Germen	314
Dentatus	157	Gibba	78
Dependens	48	Glabra	132
Depressa	80	Glandula	229
Dichotoma	33	Globosa	71
Dicoecus	325	Glochis	228
Didyma	326	Glomorata	252
Diffusa	53	<i>Gluma</i>	284
Digitatum	209	Glutinofitas	232
Dissepimentum	322	Granulata	173
Distans	128		
Disticha	49	Hamus	227-347
Divaricata	47	Hastata	94
Divergens	46	Hilum	339
Dolabrisformis	84		
<i>Drupa</i>	334	Imbricatae partes	371
		Inanis	23
Elliptica	58	Incurvata	39
Emarginatus	160	Inferum	277-316
Enervis	143	Inflata	87
Enodis	366	<i>Inflorescentia</i>	245
Eniformis	82	Infundibuliformis	85
Equirans	359	Integer	187
Erecta	35	Integerrimus	153
Extrafoliacea	115	Interrupta	253
		Intrafoliacea	116
Fascicularis	172	<i>Involucrum</i>	280
Fasciculatus	126	Involuta	357
<i>Fasciculus</i>	248	Irregularis	299
Fastigiatus	373	Isthmis interceptum	332
Faux	302		
Fibrofa	166	Lacerus	375
Filamentum	311	Laciniatus	376
Filiformis	66	Lacunosa	148
Fissa	29	Laevis	
Fistulosa	28		

Laevis	131	<i>Panicula</i>	257
Lamina	297	Paniculatus	193
Lava	221	Papilionacea	305
Lanceolata	61	Papillosa	150
Laxus	363	Pappus	342
<i>Legumen</i>	331	Papulosa	151
Ligulata	307	Parabolica	57
Limbus	295	Parallelum	Dissepimen- tum 329
Linearis	62	Partialis	
Lineata	136	Partita	30
Lingulata	81	Patens	45
Lobata	31	Pedatum	210
Loculamentum	321	Pedicellus	241
Lucida	134	Peduncularis	119
Lunata	92	<i>Pedunculus</i>	5
Lyrata	95	Peltatum	200
Membranacea	27	Perennis	17
Monophyllum	274	Perfoliatum	206
Multiflorus	286-244	<i>Perianthium</i>	288 et seq.
Natans	197	ad	269
<i>Nectarium</i>	310	<i>Pericarpium</i>	14
Nervosa	139	Perfistens	20
Nidulantia	337	Personata	304
Nitida	138	Petalum	293
Nuda	130	Petiolaris	118
Nutans	40	Petiولاتum	199
Nux	349	<i>Petiulus</i>	4
Obliqua	36	Pili	219
Oblonga	60	Pilosa	240
Obtusifolius	159	Pinnatum	211
Obvolvata	360	<i>Pistillum</i>	14
Oppositifolia	117	Plana	102
Oppositus	120	Plicata	361
Orbiculata	54	Plumosus	345
Ovata	56	Pollen	313
Palea	226	Polyphyllum	275
Paleacea	246	<i>Pomum</i>	335
Palmata	99	Praemorsus	367
Panduriformis	97	Procumbens	43
		Prolifer	188
		Proliferi flores	283
		Proprium	273-283
		<i>Pubes</i>	14
			Pulposa

Pulposa	24	Silicula	
Punctata	149	Siliqua	327
		Simplex	186 250 260 267
Racemus	255	Simplicifissimus	185
Rachis	264	Sinuata	32
Radiata	309	Solida	22 168
Radiale	109	Spadix	265
Radicans	387	Sparfus	125
Radix	1	Spatha	290
Ramosifissimus	191	Spathulata	98
Ramosus	190	Spica	249
Ramus	3	Spina	234
Rameum	111	Spinescens	195
Receptaculum	14	Spinosa	236
Recta	34	Squamata	169
Reflexa	41	Squamofus	369
Regularis	298	Squarrosus	391
Reniformis	91	Stamina	14
Repandus	158	Stigma	318
Repens	174 182	Stimuli	237
Resupinatus	393	Stipes	179
Retrofractus	243	Stipitatus	341
Retusus	161	Stipula	14
Revoluta	42 358	Stoloniferus	184
Rhombea	64	Striata	137
Rigidus	364	Strigae	224
Ringens	300	Strigosa	61
Rotata	88	Strobilus	338
Rugosa	146	Stylus	317
Runcinata	96	Submersum	196
		Subramosus	189
Sagittata	93	Subrotunda	55
Sarmentosus	183	Subulata	68
Scabra	152	Sulcata	188
Scandens	180	Superum	274 315
Scapus	178		
Secunda	50	Teres	73
Semen	14	Tergerminum	215
Semiteres	74	Terminalis	129
Sempervirens	21	Thyrfus	258
Serratus	155	Tomentum	218
Setacea	225	Tortilis	288
Setae	235	Torulosa	328


Transversum

<i>Transversum Dissepimen</i>		<i>Umbellula Sessilis</i>	262
<i>tum</i>	330	<i>Undata</i>	107
<i>Trapeziformis</i>	65	<i>Unguis</i>	296
<i>Triangularis</i>	63	<i>Uniflora</i>	285
<i>Tricocca</i>	325	<i>Unilateris</i>	256
<i>Trigona</i>	76	<i>Unversale</i>	281
<i>Trinervata</i>	142	<i>Utriculus</i>	230
<i>Trinervis</i>	140		
<i>Tripinnatum</i>	217	<i>Vaginans</i>	207
<i>Triplinervis</i>	141	<i>Valvula</i>	320
<i>Triquetra</i>	77	<i>Venosa</i>	144
<i>Trinatum</i>	216	<i>Ventricosa</i>	100
<i>Truncatus</i>	162	<i>Vernatio</i>	354
<i>Truncus</i>	2	<i>Verticillatus</i>	123
<i>Tuberosa</i>	171	<i>Verticillus</i>	246
<i>Tubulosa</i>	308	<i>Villi</i>	220
<i>Tubulosae figurae</i>	84	<i>Virgatus</i>	192
<i>Tabus</i>	294	<i>Viscositas</i>	231
<i>Tunicata</i>	170	<i>Volubilis</i>	181
<i>Turbinata</i>	70	<i>Volva</i>	292
<i>Umbella</i>	259		

































## L I S T

O F

## OFFICIAL PLANTS.

OFFICIAL NAMES.	SYNONYMA of LINN.
1 <i>Abrotanum mas</i>	<i>Artemisia abrotanum</i> <i>Southern-wood</i>
2 <i>Abfynthium vulgare</i>	<i>abfynthium</i> <i>Com<sup>n</sup> Worm-wood</i>
3 <i>maritimum</i>	<i>maritima</i> <i>Sea Worm-wood</i>
4 <i>Romanum</i>	<i>pontica</i> <i>Roman Worm-wood</i>
5 <i>Acetofa vulgaris</i>	<i>Rumex acetofa</i> <i>common Sorrel</i>
6 <i>Acetofella</i>	<i>Oxalis acetofella</i> <i>Wood Sorrel</i>
7 <i>Aconitum</i>	<i>Aconitum napellus</i> <i>Wolfs head-monks hood</i>
8 <i>Acorus verus</i>	<i>Acorus calamus vulg.</i> <i>Sweet scented flag</i>
9 <i>Agrimonia</i>	<i>Agrimonia eupatoria</i> <i>Agrimony</i>
10 <i>Alkekengi</i>	<i>Physalis alkekengi</i> <i>Winter Cherry</i>
11 <i>Alliaria</i>	<i>Eryfinum alliaria</i> <i>Tack by the Hedge</i>
12 <i>Allium</i>	<i>Allium fativum</i> <i>Garlic</i>
13 <i>Althæa</i>	<i>Althæa officinalis</i> <i>marsh-mallows</i>
14 <i>Anchufa</i>	<i>Anchufa tinctoria</i> <i>Alkanet</i>
15 <i>Anethum</i>	<i>Anethum graveolens</i> <i>Dill</i>
16 <i>Angelica fativa</i>	<i>Angelica archangelica</i> <i>Garden angelica</i>
17 <i>fylvestris</i> Dod	<i>fylvestris</i> <i>Wild angelica</i>
	<i>Anifum</i>

	OFFICIAL NAMES.	LINNEAN NAMES.
<i>Anise</i>	18 Anisum	Pimpinella anisum
<i>Smallage</i>	19 Apium	Apium graveolens
<i>Germ<sup>n</sup> Leopardsbane</i>	20 Arnica	Arnica montana
<i>Jon-bread</i>	21 Arthanita	Cyclamen (Europæum var.) orbiculato folio, inferne purpurascen- te B. P. 308.
<i>Long Birth-wort</i>	22 Aristolochia longa	Aristolochia longa
<i>Round Birthwort</i>	23 rotunda	rotunda
<i>Climbing Birthwort</i>	24 clematitis	clematitis
<i>Mug-wort</i>	25 Artemisia	Artemisia vulgaris
<i>Wake Robin</i>	26 Arum	Arum maculatum
<i>Asarabacca</i>	27 Asarum	Asarum Europæum
<i>Sinking Orach</i>	28 Atriplex foetida	Chenopodium vulvaria
<i>Costmary</i>	29 Balsamita mas	Tanacetum balsamita
<i>Burdock</i>	30 Bardana major	Arctium lappa
<i>Brooklime</i>	31 Becabungia	Veronica becabungia
<i>Deadly nightshade</i>	32 Belladonna	Atropa belladonna
<i>Barberry</i>	33 Berberis	Berberis vulgaris
<i>Betony</i>	34 Betonica	Betonica officinalis
<i>Bistort</i>	35 Bistorta	Polygonum bistorta
<i>English mercury</i>	36 Bonus Henricus	Chenopodium B. Henr.
<i>White Bryony</i>	37 Bryonia alba	Bryonia alba
<i>Garden marigold</i>	38 Calendula	Calendula officinalis
<i>Blephed Thistle</i>	39 Carduus Benedictus	Centaurea benedicta
<i>Caraway</i>	40 Carvi	Carum carvi

OFFICINAL NAMES.	LINNÆAN NAMES.	
41 Carophyllata	Geum urbanum	<i>Avens. Herb Bennet</i>
42 Caryophyllus ruber	Dianthus caryoph. b	<i>Clow July Flowers</i>
43 Centaureum minus	Gentiana centaureum	<i>Lesser Centaury</i>
44 Chamædrys	Teucrium chamædrys	<i>Germander</i>
45 Chamæmelum nobile	Anthemis nobilis	<i>Camomile</i>
46 Chelidonium majus	Chelidonium majus	<i>Celandine</i>
47 Cichorium	Cichorium intybus	<i>Wild Succory - Indine</i>
48 Cicuta	Conium maculatum	<i>Henbane</i>
49 aquatica Gefn.	Cicuta virofa	<i>Water Henbane</i>
50 Cicutaria fatua Dod.	Æthusa cynapium	<i>Fools Parsley</i>
51 aquatica	Phellandrium aquati- cum	<i>Water Hemlock</i>
52 Cochlearia hortenfis	Cochlearia officinalis	<i>Gard Yarrow grass</i>
53 Colchicum	Colchicum autumnale	<i>meadow saffron</i>
54 Coriandrum	Coriandrum fativum	<i>Coriander</i>
55 Crocus	Crocus fativus, var. a	<i>Saffron</i>
56 Cucumis aspinus	Momordica elaterium	<i>Wild Cucumber</i>
57 Cuminum	Cuminum cyminum	<i>Wild Cumin</i>
58 Cydonia malus	Pyrus Cydonia, var. b.	<i>The Quince Tree</i>
59 Cynoglossum	Cynoglossum officinale	<i>Hounds Tongue</i>
60 Daucus sylvestris	Daucus carota	<i>Wild Carrot</i>
61 Dens leonis	Leontodon taraxacum	<i>Dandelion</i>
62 Digitalis	Digitalis purpurea	<i>Fox-glove</i>
63 Dictamnus albus	Dictamnus albus	<i>Bastard Dittany</i>
64 Dulcamara	Solanum dulcamara	<i>Woody nightshade</i>
65 Ebulus	Sambucus ebulus	<i>Dwarf Elder</i>

Enula

## OFFICIAL NAMES.

## LINNÆAN NAMES.

<i>Helianthemum</i>	66	<i>Enula campana</i>	<i>Inula Helenium</i>
<i>Sea Holly</i>	67	<i>Eryngium</i>	<i>Eryngium maritimum</i>
<i>Sweet Fennel</i>	68	<i>Fœniculum dulce</i>	<i>Anethum fœniculum</i>
<i>Com<sup>n</sup> Fennel</i>	69	vulgare	var. <i>d.</i>
<i>Fenugreek</i>	70	<i>Fœnum Græcum</i>	<i>Trigonelli fœnum Græcum</i>
<i>Dropwort</i>	71	<i>Filipendula</i>	<i>Spiræa filipendula</i>
<i>Upright Ladew Root</i>	72	<i>Flammula Jovis</i>	<i>Clematis recta</i>
<i>The black Elder</i>	73	<i>Frangula</i>	<i>Rhamnus frangula</i>
<i>Fumitory</i>	74	<i>Fumaria</i>	<i>Fumaria officinalis</i>
<i>Cheesebunnet</i>	75	<i>Galium</i>	<i>Galium verum</i>
<i>Com<sup>n</sup> Broom</i>	76	<i>Genista</i>	<i>Spartium scoparium</i>
<i>Great Gentian</i>	77	<i>Gentiana</i>	<i>Gentiana lutea</i>
<i>Ver<sup>o</sup> Dwarf Gent<sup>n</sup></i>	78	<i>Gentiana campestris</i>	<i>Gentiana campestris</i>
<i>Liquirice</i>	79	<i>Glycyrriza</i>	<i>Glycyrriza glabra</i>
<i>Quack Grass</i>	80	<i>Gramen caninum</i>	<i>Triticum repens</i>
<i>Hedge Hyssop</i>	81	<i>Gratiola</i>	<i>Gratiola officinalis</i>
<i>Ground Ivy</i>	82	<i>Hedera terrestris</i>	<i>Glechoma hederacea</i>
<i>White Hellebore</i>	83	<i>Helleborus albus</i>	<i>Veratrum album</i>
<i>Black Hellebore</i>	84	niger	<i>Helleborus niger</i>
<i>Herb Toadlove</i>	85	<i>Herba Paris</i>	<i>Paris quadrifolia</i>
<i>Alexanders</i>	86	<i>Hippofelinum</i>	<i>Smyrnum olusatrum</i>
<i>Gr<sup>o</sup> Water Dock</i>	87	<i>Hydrolapathum</i>	<i>Rumex aquaticus</i>
<i>Herbane</i>	88	<i>Hyoscyamus</i>	<i>Hyoscyamus niger</i>
<i>St John's Wort</i>	89	<i>Hypericum</i>	<i>Hypericum perforatum</i>
<i>Hyssop</i>	90	<i>Hyssopus</i>	<i>Hyssopus officinalis</i>
<i>Master-wort.</i>	91	<i>Imperatoria</i>	<i>Imperatoria ostruthium</i>

OFFICIAL NAMES.

LINNEAN NAMES.

